

Textum, qui Diebus solemnium precum
in Ecclesijs proponuntur,

PERBREVES HOMILIÆ,
Anno 1669. Die I. Solemn. Precum, 18. Junij.

Concio I.

*Paræc. Psal. 34. v. 4. s. & seqq. appl. ad præsentem
Diem & Textum.*

Textus, Psalm. 130. totus.

Exord. Laus Psalterij: & præcipuè Psalmorum pœnit. qui aptissimi sunt ut hisce diebus Solemni. precum exponantur, & ad præsentem rerum faciem applicentur; Notamus a hic & in cæteris Textibus, more solito, I. Expl. II. Applicationem.

In I. Occurrit (a) *Dividū Supplicatio*, v. 1. *De profundo* (Hebr. *de profundis*, intelligitur a. profunditas vacua solatio, & oppleta miserijs, metaph. ductâ à profundis aquis, vel squalido carcere, conf. *Psal. 69. v. 2. 3. Thren. 3. v. 55. 56. 57. 58.* q. d. David, onere peccatorum meorum depresso sum in abyssum inferni, diros sentiens conscientiæ cruciatus: hinc) *clamo* (non tantum oro, sed clamo ad) *Te*, ô *Jehovah*, pro remissione peccatorum & verâ consolatione, ne in profunditate dolorum peream.

v. 2. *Domine, exaudi vocem meam*, &c. David anxius, varijs uititur vocabulis, vocans preces suas, *vocem, clamorem, deprecationem*: pathetice & ἀνθρωποναθῶς dicit: *sint aures tuae intentae* (attendentes) *ad vocem deprecationis meæ*. h. l. & alibi, suas preces & Dei aures conjungit David, ut *Psal. 17. v. 1. 6. 34. 16. Et.* ostendens se certum esse de promptitudine Dei ad exaudiendum preces & deprecations suas.

(B.) *Davidū appellatio*, à Deo irato ad placatum: v. 3. *Si Tu Domine iniquitates observaveris*, *Domine quis flabit?* q. d. peccata mea sunt innumerabilia, *Psal. 19. v. 15.* Si ergo juxta rigorem iudicij tui mecum agas, quomodo Ego, quomodo omnis peccator

consistet? Job. 9. v. 2. 3. Psal. 143. v. 2. hinc appello à severo tuo
Judicio ad immensam tuam misericordiam, v. 4. apud te enim est
propitiatione, (peccatorum remissio, Mich. 7. v. 18. 19.) ut timearis,
h.e. ut Te misericordem Dominum colant homines, conf. Syr. 1.
v. 33. 34.

(γ) *Patiens expectatio*, u. 5. 6. *Expectavi Jehovam*, &c. præcla-
ra & emphatica verba animi anxij, sed fidentis, quæ singula no-
tentur, & did.

(δ) *Exhortatio*, ut omnes afflitti ejus exemplum imitentur & Dei
misericordiam debitâ patientia expectent. v. 7. 8. *Iheret* (ergo) *Israel*
in Jehovah, &c. verba sunt clara & præclara, que did.

II. *Appl.* uber est hic Doctrinarum seges, sed præcipua tan-
tum à Dnn. Concionatoribus eruendæ sunt, quæ eum in finem jam
saltē indigitantur: ut

v. 1. Cum solennibus precibus dicti sint hi dies, ergo preces
fundere nos decet, præcipue pro remissione peccatorum; secunda
enim mater est peccatum, non ibi desinit ubi incipit, recrudescit
quippe vulnus conscientiae quam sc̄eptissime. David semel mœcha-
etus est, & homicidium conimisit clangularium, sed hoc peccatum
abyssum fecit anxietatis: Leg. Psal. 38. v. 4. 5. & 51. v. 5. &c. hinc
Not. illud Syr. 21. v. 1. seqq. did. per Debort. & abort.

v. 2. Pro hac peccatorum remissione & omnis mali aversione
orandum est (1) ardenter, ut h. l. & alibi David; sic Daniel, Dan.
9. v. 18. 19. Jeremias, Thren. 3. v. 39. seqq. Manasses, orat Manass.
v. 9. seqq. fulcitur autem ardens oratio, Sobrietate, hinc conjun-
guntur preces & Jejunium: *Castitate*, Syr. 23. v. 4. seqq. *Placabi-
litate*, Matth. 5. v. 24. seqq. Syr. 28. v. 2 seqq. *Stabilitate* sive con-
stantia, 1. Thess. 5. v. 16. Luc. 18. v. 1. seqq. did. per adm.

v. 3. 4. Orandum (2) *Penitenter*, peccata agnoscendo, h. l. &
Psal. 51. v. 5. Prov. 28. v. 13. detestando, Psal. 66. v. 18. Esa. 1. v.
15. & 59. v. 2. Syr. 34. v. 29. seqq. Christi meritum apprehen-
do, Job. 16. v. 23. conf. Exod. 25. v. 17. 22. cum Rom. 3. v. 24. 25.
did. per adm.

v. 5. 6. Orandum (3) *confidenter*, notentur aurea verba hujus
textus, & appl. item Hebr. 11. v. 6. Jac. 1. v. 5. 6. 7. Marc. 11. v.
24. fulcitur & hæc nostra confidentia, Dei charitate, Psalm. 103.

v. 8. seqq. Jer. 31. v. 20. Tbreu. 3. v. 23. & Dei veritate, h. l. v. 5.
conf. Esa. 65. v. 24. Matth. 7. v. 7. Psal. 33. v. 4. did. per adm.
v. 7. 8. Orandum (4) Sapienter, ut & alij erudiantur, admo-
neantur, & orantes exaudiantur, did. ex verbis hujus text. conf. Syr.
2. p. 11. 12. & concl. ex. Eph. 3. v. 20. 21.

179

82

Concio 2.

Paraf. Psal. 92. v. 2. 3. appl. ad diem & text.

Textus, Eph. 1. v. 3. 4. 5. 6.

Exord. 1. Thess. 5. v. 16. 17. 18. did. ex diplomate Reg. & appl.
ad textum, in quo 1. Text. Expl. II. ejus Applicatio notanda
venit.

In 1. Gratias agit Apostolus (α) in Genere pro omni spirituali
Benedictione, v. 3. Benedictus (quando benedictio à nobis ad Deum
dirigitur, nulla quidem Deo perfectio exoptatur, sed divina ejus
majestas agnoscitur & deprædicatur,) Deus & Pater Domini no-
stri Iesu Christi: idem loquendi modus occurrit 2. Cor. 1. v. 3. &
1. Pet. 1. v. 3. & potest intelligi tam divisim, nempe Deus noster &
Pater Christi, quam conjunctim, scilicet ipfius Christi & Deus &
Pater, juxta illud Job. 20. v. 17. Qui benedixit nobis omni benedictione spirituali, h. e. qui non tantum nos cumulavit suis Do-
nis & beneficijs, quæ ad præsentis vita usum corporalem spectant,
de quibus B. Lutherus Art. 1. Symboli Apostolici, & Pet. 11. Omr.
Dom. agit; verum etiam in nos largiter effudit bona sua spiritualia
& cælestia, quæ animæ salutem & vitam spiritualem atq; æternam
concerpunt. Hinc additur in Cælestibus, (in Græc. in supracæ-
lestibus, sive rebus sive donis, intelliguntur enim benedictiones seu
dona, ad cælestem illam vitam pertinentia, quæ de cælo sunt, &
ad cælestia nos deducunt) in Christo, qui haec dona nobis prome-
ritus est, & à quo eadem tanquam à capite in membra manant,
idq; Gratiæ Spiritus Sancti per verbi prædicationem: & dicuntur
Dona sanctificantia, utpote vera & salvifica Fides, Spes, charitas,
Timor Dei, adeoq; omnia quæ ad sanctificationem & vitam im-
mortalem pertinent.

A 2

(β) In

(3) In specie, pro Gratiōsa ad vitam æternam electione, v. 4
Elegit nos, (usurpatur a. Electionis vox h. l. non (1.) generaliter,
 pro vocatione ad publ. officium, ut *Aet. i. v. 24.* neq; (2) speciali-
 ter, pro toto Ecclesiae cætu, quem Deus ex omnibus cætibus &
 gentibus, sibi per verbum collegit, ut *Deut. 7. v. 6.* sed (3) speci-
 alissimè pro Electione ad vitam æternam) in ipso (scilicet Christo,
 Mediatore, cuius meritum tantæ fuit apud Deum dignitatis, ut
 illius intuitu salutare illud Electionis decretum faceret) *antejacta*
fundamenta Mundi, h. e. priusquam crearetur Mundus, Ergo ab
 æterno, ut *essemus sancti & inculpati coram ipso*. Non enim e-
 legit nos ut carnis nostræ concupiscentijs licenter indulgeamus,
 sed ut sanctam & inculpatam vitam ducamus, quantum quidem in
 hac infirmitate per Dei Gratiam fieri potest; non tantum coram ho-
 minibus, sed etiam abjectâ omni hypocrisi, coram Deo, in cuius
 conspectu scimus nos degere, & corda nostra ab ipso, ubi vis loco-
 rum præsentissimo, intropisci. *In Dilectione*, h. e. sine culpâ &
 maculâ serviamus ei, non formidine poenæ, sed sponte & ex cha-
 ritate, *conf. canticum Zachariae*, *Luc. 1. v. 74. 75.* Item *Eph. 5. v.*
25. 26. 27. & *Tit. 2. v. 14.* est a. hic Finis Electionis intermedium, at
 ultimus respectu nostri est salus nostra æterna. Respectu Dei &
 absolutè ultimus, est Gloria Dei, ut patbit in seqq.

v. 5. 6. Idem alijs verbis paulò copiosius explicat Apostolus: *præ-destinans nos*, (qui naturā fuimus filij iræ, *Eph. 2. v. 3.*) *in adoptionem filiorum*, (ut simus filij & hæredes Dei, &c. *Rom. 8. v. 16. 17.*) *per Jesum Christum*, (qui ut Filius Dei Unigenitus & Dilectus hanc
 iōnē & cōsiderat suā obedientiā & passione nobis promeritus est, v. 6. Et
 hæc est causa, cur Deus salvā suā justitiā possit peccatores in ad-
 optionem filiorum prædestinare.) *in se*, (*in se*, vel *ad se*, *eis*
autòs, h. e. pro ut ipsi visum fuit, sicut enim ipse Deus, unus
 in essentiā & Trinus in Personis conclusit, & nos prædestinavit,
 idq; *eis autòs ad se*, h. e. ad Gloriam gratiæ suæ, ut expres-
 sius habet v. 6. 12. 14.) *secundum beneplacitum voluntatis sue* (ex-
 cluduntur ergo omnia omnium merita, intuitus autem ad meritum
 Christi hic maximè includitur.) *In laudem Gloriæ Gratia sue*,
 (h. e. gloriose Gratiæ suæ, vel in laudem & gloriam Gratiæ suæ: in
 hunc enim finem nos adoptavit, ut gloriosem & nunquam sati lau-
 datam)

781

datam Gratiam & clementiam ejus celebremus,) *in quo gratificatio-*
nos in dilecto, in illa enim gloriosa Gratiâ nos sibi gratos & ac-
ceptos reddit per Christum, quem Pater ita diligit, ut propter hunc
dilectum & unigenitum Filium, etiam diligt omnes, qui credunt
in eum, *Job. 3. v. 16.*

83

II. *Appl. Locus Communis* hinc fluens præcipuus, est de immen-
sa Dei erga nos Bonitate & clementia, declarata in omni Benedic-
tione spirituali & in Electione ad vitam æternam. Item de Grati-
tudine nostrâ Deo debitâ, quam nos declarare decet animo, verbis,
operibus, utrumq; locum communem diducere norunt exercitati
Dñi. Concionatores, ex ijs quæ dicta sunt in expl. Textus: expla-
natoribus Locis Theologicis: & miseriâ illorum, quos hacce Dei
beneficia latent, & fiat sollicita *admonitio* ad seriam Gratiarum a-
ctionem, quod Diploma Regium singulariter mandat.

Conc. 3.

Sive Tertius Textus hic præteritur, cum in nonnullis tantum
civitatibus explicetur, ubi Librorum copia Dñi. Concionatoribus
facile suppetit.

Die II. Solenn. precum, (16. Julij)

Concio I.

Paræc. Psal. 118. v. 1. seqq. fiat appl.

Textus, Psal. 145. v. 1-7.

Exord. Huic Psalmo autoritatem magnam præter cœ-
tra conciliat, (1) Titulus, dicitur hic Psalmus Laus Davidis, un-
de deductum est Nomentorius Psalterij, ut patet ex vocibus Hebraicis.
(2). agit de Regno Christi, Mundi Messiae. (3) est inter Alphab-
etarios, qui artificiose conscripti sunt. (4) plurimas continet sen-
tentias præclaras, etiam nostrum *Benedicite*, v. 15. Hinc veteres
filium futuri sculi vocarunt eum, qui hunc Psalmum, ter quoti-
diè recitavit ore & corde. Partes: 1. *Textus Expl. II. Appl.*

2. *Celebrat Psaltes in hoc textu Christum Regem & Messiam no-*

Itrum (α) à sua Majestate, v. 1. 2. Exaltebo Te, (celebrabo, glorificabo, gloriam tuam illustrabo) Deus meus Rex, & bencdicam (vid. conc. 2. diei 1.) Nomihi tuo in seculum & perpetuum. (David Rex, vocat Deum & Messiam nostrum Regem, subinnuens officium ejus Regium, conf. Psal. 2. v. 5. & 24. v. 7. seqq. & 95. v. 3. Zach. 9. 9. & submittens sese Regio & Divino ejus imperio, 1. Tim. 6. v. 15. Vers. 2. eandem Dei laudem repetit, ostenditq; hac repetitione Devotionem, ardenter & vehementer animi sui affectum in Laudando Deum, & significat laudem Dei debere esse non raram sed crebram & quotidianam, non temporariam sed sempiternam. Quæritur autem hic: quomodo David dicat se laudaturum esse Deum in perpetuum & in secula seculi, cum sciret se esse mortalem? Psal. 39. v. 7. 8. Resp. animus servidus & in rem totus propendens non cogitat, quam diu & quid possit, sed quam diu & quid velit efficer. Siergo in plura secula victurus esset, etiam laudes Dei decantaret; & quod palmarium est, scivit David sanctos in futurâ vitâ Deum laudaturos; conf. Psal. 30. v. ult.

(β) à Magnitudine & Potentia v. 3. Magnus est Iehovah, (Messianus noster, magnitudine non molis sed virtutis, conf. Psal. 8. v. 7. Matth. 28. v. 18. 1. Cor. 15. v. 27. Heb. 2. v. 8.) & laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non est finis. (Hebr. peruestigatio, quis enim ejus potentiae magnitudinem pervestigabitur? Ecc. 8. v. 17. Jer. 32. v. 17. 19. 27. Eph. 3. v. 20. & passim per totam historiam Evangelicam.

(γ) Ab operibus ejus, quæ omnes ætates & generationes collaudant, v. 4. Generatio & genemtio laudabit. (juxta Hebr. generatio generationi narrabit) opem tua, &c. inter quæ opera maximè celebranda est, debellatio omnium hostium nostrorum, præcipue spiritualium, Hos. 13. v. 14. 1. Job. 3. v. 8. 1. Cor. 15. v. 55. & libera Evangelij prædicatio, quam nulla tyrannis extirpare potest. Matth. 16. v. 18. Act. 28. v. ult.

Et David in hac hymnologia non vult postremus esse, ut patet ex v. 5. Decorem gloriae Majestatis (h.e. gloriose majestatis) tuae, verba minabilium tuorum (operum) loquar. q. d. si omnes generationes, quæ fuerunt, sunt & erunt, Te o Deus Rex, pro omnibus beneficiis tuis collaudant, nonne & Ego, qui juvenis fui & consenui, Ps. 37. v. 25. Deum & Messiam meum celebrabo, quod & summâ devotione

tionē fecit David, ut liquet ex Psal. 45. v. 1. seqq. & 47. v. 6. seqq. &
100. * & 118. v. 23. seqq.

183.

(d) A fortitudine, v. 6. virtutem terribilium (operum) thorūm
dicent, & gesta tua mirabilia narrabo. Per terribilia intelligit iudicium
Dei & peccatas promeritis, quæ adversus supinos Dei & Christi
Salvatoris contemtores decernuntur, de quibus passim in S. script.
legere est. ut, 1. Sam. 15. v. 23. Matth. 23. v. 34. seqq. &c. Vari-
atione personæ, dicent, narrabo: ostendit suum & omnium piorum
consensum in laude Dei decantandā. Psal. 34. v. 2. 3. 4.

84

(e) A Bonitate & justitiâ, v. 7. Mémoriam multitudinis Bonitatis
(h. e. multæ Bonitatis) tuæ eructabunt, h. e. plenis buccis prædicab-
bunt, similitudine ductâ à perenni fonte largiter aquam eructantis.
Et justitiam tuam cantabunt, (in Hebr. vociferabuntur, hoc est so-
norâ voce cantabunt, & ovantes deprædicabunt) Quæ sit Dei & sal-
vatoris nostri Bonitas, & quæ justitia, loquuntur dicta S. S. innu-
mera, & comprobant Exempla, de Bonitate leg. Psal. 33. v. 5. & 36.
v. 8. Rom. 2: v. 4. De justitia, Exod. 9. v. 27. Psal. 11. v. 7. 8: Psal.
33: 7. 10. 11. seqq: & 11. v. 7. 8. add: Exempla.

II. Appl. Ex v. 1. Recurrit & hic idem locus communis de Gra-
titudine nostra erga Deum, pro ineffabilibus ejus in nos beneficijs,
& in specie pro beneficijs illis, quæ in nos contulit ipse Salvator, quæ
nunquam satis laudari possunt. add: dicta citata in Expl. v. 5.

Ex v. 2. Non sufficit saltem hisce diebus precat. Gratitudinem
nostram Deo declarare, sed id faciemus omnibus diebus vitæ nostræ,
sinni momento. Hominis beneficia quæ nobis quotidiè obversan-
tur, decent gratiæ recolere, quid non Salvatoris nostri immensa Bona?
add: ex Psal. 86. v. 11. 12. 13, add: ex Psal. 34. v. 2. &c.

v. 3. 4. 5. 6. 7. applicari possunt ad Nos, & Ecclesiæ modernæ
statum, observatis ijs, quæ ad Textus Explicat. dicta sunt: add. &
plum dicta & Exempla, immixtis Adhortationibus.

Grat: age
Magn: et
v. 3.

O. Tems:
Opera & mas
Dei amunc
& reveland

Conc. 2.

Paraf. 1. Pet. 2. v. 17. expl. & appl. ad text.

Textus, 1. Sam. 12. v. 7.

Exordi: Inter beneficia Dei, quæ extenore Regij Diplomatis, nos-
hisco.

hisce diebus precationum, gratissimā mente recolere decet, non postremo loco ponendum est illud, quod sub pio Rege & Regimine tui vivamus, (*did. ex dipl. Reg.*) quod beneficium ut certè maximum est, ita maximè cavendum, ne nostrā ingratitudine Deum aliquo modo irriteremus ad statuendum aliquid, quod nobis grave videbitur, ut tandem nostro damno intelligamus, quæ bona in potestate nostrā habuimus & amisimus, docetur illud in textu prælecto, in quo Samuel disceptat cum populo, quod non contenti fuerint eā formā Regiminis, qua usq; ad illud tempus gavisi sunt; & simul maximis beneficijs à Deo sibi præstis: cujus Not. I. *Exp. II. Appl.*

In I. Not. (α) *Occasio*, quæ fusè describitur *cap. 8. hujus libert*, ex quo summa tantum recitetur, & simul explicetur, cur Deus populo Regem petenti, adeò succenseret, cum tamen ad petitionem illorum permiserit, imò jusserit Regem ungi, *leg. cap. 9. v. 14. seqq.* & *10. v. 1.* eundem spiritu suo sancto afflaverit *v. 6. 9. 10.* & victoriā abs hostibus reportare siverit, *cap. 11. v. 11.* Quod scilicet Deus, qui illorum Rex, Dux & Protector fuerat, aspernati sint, ad morem gentium postulando, quasi non posset Deus ulterius sine Rege, per judices eos ducere ac defendere. *Leg. cap. 8. v. 7. & cap. 11. v. 18. 19.* Petitioni autem populi annuit Deus Regem ipsis concedendo, propter nomen suum in populo isto, *leg. cap. 12. v. 22.* Verum Samuel jam senio confectus, & officio sese abdicans, coram Deo, & Rege jam jam uncto & constituto, cum populo verbis prælectis disceptat. Ubi Net.

(β) *Statio*, sive citatio, *Nunc ergo state*, hoc est, manete & consistite, q. d. non est quod (ad hasce *v. 2. 3. 4. 5. 6.* vobis propositas quæstiones, quibus etiam respondistis agnoscendo me fuisse judicem incorruptum) statim discedatis, cum sit & aliud, quod vobiscum agam, & quidem ex mandato divino. Testimonium quod mihi perhibuistis de mea innocentia, *v. 2. seqq.* illud vos condemnat, quod spreto officio judicum, sub quo feliciter vixistis, (quod & ego per Dei gratiam gessi) intempestivè Regem desiderasti, eumq; jam adepti, tanta lætitia difflixitis, quasi rem optimè gesseritis, Ego vobis ob oculos ponam, quantis peccatis Deum offendistis, ut agnoscatis errorem, pœnitentiam agatis, & servemini.

(γ) *Iosa Disceptatio*: ut disceptem vobiscum, hoc est, ut iudicio conten-

185

contendam, & erroris vos convincam, comm̄ *Jehovah*, qui *Kagdion*
γνώσης, i. *Reg.* 8. v. 39. *Job.* 42. v. 3. *Esa.* 29. v. 15. *Mattb.* 9. v. 4.
Job. 2. v. 25. *Hebr.* 4. v. 12. 13. & novit quod Ego non ægrè feram,
ablatum esse à me officium judicis; novit quoq; vestrum intempesti-
vum pruritum, in petendo Rege; vestram incredulitatem, in con-
temnendo officio judicis, præ Regio: vestram ingratitudinem, in
obliviscendo tantorum Dei beneficiorum, per judices præstitorum;
hinc addit, *de omnibus iustitijs*, (h. e. misericordijs & beneficijs,
conf. *Ps.* 5. v. 8. & 143. v. 1.) *Jehovah*, quas fecit vobis cum pa-
tribus vestris. Quænam a. fuerint ista Dei benef. huic populo à Deo
præstata, constat ex toto Pentateucho, libro *Josuæ*, *judicum*, &c.
aliqua saltem hic enumerantur, v. 8. 9. 10. 11. 12. quibus annexit gra-
vem admonitionem, v. 13. 14. 15. 24. 25. confirmat hanc suam disce-
ptionem singulari miraculo, v. 16. seqq. & promittit suam interces-
sionem apud Deum, v. 23.

ii. *Doctrina* hinc pullulantes, diduci possunt à Dnn. Concionat.
de debito nostro erga Magistratum, quod consistit potissimum in
Dilectione, *Subjectione*, *Obscuratione*, *Tributi largitione*, *Devotione*,
(in precibus fundendis) & ante omnia, in sincero conceptu & co-
sideratione de Magistratu, &c.

Conc. 3. hic præteritur.

Die III. Solemn. prec. (13. Aug.)

Conc. I.

Paræsc. *Psal.* 31. v. 2. *Expl.* & *appl.* ad text.

Textus Psal. 25. v. 4. 5.

Exord. Et hunc Psalmum inter alios magnificet pia antiquitas,
quod patet ex Titulis Dominicarum: ut Dom. *Reminiscere* ex v. 6.
Dom. *Oculi*, ex v. 15. 16. & B. Luth. qui etiam ex hoc Psalmo præ-
claram cantilenam Ecclesiasticam composuit. Est quoq; inter Psal-
mos Alphabetarios primus, continens insigniores sententias benè
multas. In Textu prælecto ex hoc Ps. Not. 1. Expl. II. Appl.

1. Ubi observanda venit (a) *Divina Gubernatio*, quam sollicitè

B

expicit

166

expedit David v. 4. vias tuas, Jehovah, demonstra mihi, (Hebr. sci-
re me fac). & semitas tuas doce me. In hoc Psal. v. 1. continetur an-
nimæ ad Deum elevatio. v. 2. & 3. petitur ab hostibus liberatio, co-
rumq; prostratio sive suffusio: hisce a. verbis v. 4. expeditur Divina
Gubernatio, sive viæ Domini indagatio, quæ maximè hisce diebus
Solemn. prec. inculcanda est: Ardenter n. decet nos precari; vias
tuas, Jehovah, demonstra mihi, &c. Observ. a. in S. S. per vias Do-
mini plerumq; intelligi sanctissima ejus dogmata, ut Psal. 67. v. 3.
Sunt alias hæc Dei viae triplices: (1) consiliorum, quibus notatur Dei
sapientia, Esa. 55. v. 89. (2) judiciorum; quibus indigitatur ejus
iustitia, Rom. 11. v. 33. (3) Dogmatum sive præceptorum, Ose. 14. v.
19. Semitæ v. Dei, sunt vel quas ipse q. terit, & sunt actiones & ope-
ra Dei, ut in hoc Psal. v. 10. Psal. 119. v. 3. vel quas ipse hominibus,
utterant, præcipit: sic Esa. 40. v. 3. & Matth. 3. v. 3. Jubet Baptista
præparari Christo semitas, scilicet per contritionem cordis, agno-
scens morbum ac peccata, & requirentis medicum nimirum Sal-
vatorem Christum. Quod a. h. l. tam anxiè oret David, demon-
stra mihi, Doce me, & v. seq. dirige me, doce me, exinde liquet dif-
ficilem esse, tam harum viarum & semitarum, quam ipsius coeli in-
ventionem, Matth. 7. v. 13. 14. obsunt n. Diabolus, peccata nostra,
impius mundus, &c. did.

v. 5. Dirige me, (Hebr. ambulare fac me) in veritate tua, & do-
ce me. q. d. viæ tuæ Domine, sunt perquam difficiles, imò imper-
vestigabiles, (repet. dicta script. ex v. 4.) sed Te, ô Domine, Duce,
Te Doctore, omnia plana, omnia pervia erunt. Possunt & hic con-
siderari tres in Christianismo nostro proficiendi gradus; nimirum
Notitia, scire me fac; fides & assensus, doce me; & experientia in-
tentationibus, deduc me, opus a. habent Doctore, ovis, infans, ac
egrotus sive cæcus; (appl. ad Davidem in varijs Psalmis) petit ergo
duci, doceri, informari. Per veritatem h. l. intelligitur res talis,
qualis videtur & esse debet, h. e. perfecta, recta & sine fuso. did.

(B) Ejus ratio: eq; (A) v. 5. quia tu es Deus salutis meæ, Epith.
Dei maximè emphaticum, nulli n. salus nostra magis est cordi
quam Deo; leg. Esa. 54. v. 7. 8. siqq. & 55. v. 1. Jer. 31. v. 20. 25.
Ezech. 33. v. 1. &c. did. etiam ex dictis de nostrâ redemptione. (B.)
Te expecto toto die, h. e. constanter & perseveranter omnibus diebus

expecto

36

xpecto, spero n. certo certius me impetraturum quod peto. simil.
suct. ab expectantibus in aulā principis, ubi quō quis diutius hæse-
rit in catalogo expectantium, eō citoū se adjutum iri sperat, sic
quoq; David qui q. defatigabatur in perseverantia precum, Si inju-
lus iudex quotidiana viduæ compellatione obtusus, tandem eam
exaudivit, quid non Deus? Luc. 18. v. 5. 6. 7.

ii. Doct. hinc fluit 1. De Davidis *Humilitate*, Rex & propheta
fuit insignis, fatetur tamen se non posse suis viribus viam Christi-
anismi & salutis invenire, sed orat Deum, ut velit eandem sibi mon-
strarē. *did. Loc. Com. de virib. Lib. Arb.*

2. De Davidis *Infirmitate*; non n. confidit se posse avertere omnia
obstacula in via salutis, sine ope Dei singulari. Magna n. est carnis
nostræ imbecillitas, magna nostra infirmitas; Major Mundi asturia;
maxima a. Diaboli malitia. *Hec did. dictis & Exempl.*

3. De precum *affiditate*; dirige, doce, de precibus sœpè agitur,
præsertim hisce diebus solemn. prec. jam v. *appl.* ad piæ vitæ semi-
tam & tramitem. *did. ex Psal. 143. v. 10. Tit. 2. v. 11. seq.*

4. De veræ fiduciae *excellitate*, *did. dict. & Exempl.*

5. De patientiæ *conformitate*, *did. dict. & Exempl.*

Conc. 2.

Paraf. Syr. 2. v. 3. expl. appl.

Textus, Psal. 61. v. 7. 8. 9.

Exord. Psal. 20. v. 2. 3. continetur devota subditorum precatio
pro magistratu; quod monet Apostolus 1. Tim. 2. v. 1. 2. *appl.*
ad text. prælectum, qui quo fine sit præscriptus, vid. in Dipl. Reg.
Not. & hic 1. *Expl. u. Appl.*

In 1. occurrit (a) *Regis Oratio*, & quidem (1) *pro longevitate*. v.
7. *Dies super dies Regis addes* (vel adjicies) h. e. proroga annos Re-
gis, ut si non excedant, tn. attingant communem & vulgarem ho-
minis ætatem. *de se ipso David lög. in 3. pers.* quomodo a. exauditus
sit David, legere est, 1. Reg. 1. & 2. capp. extendebar n. generatio
ejus in generationem tertiam, ipso viro, quia vixit annos 70. (pro-
ut David fuit typus Christi, possunt & hæc verba appl. ad Christum)
erumpit a. David in hanc orationem tam respectu *sui*, cum longa
vita sit signum gratiæ Divinæ, *Exod. 20. v. 12. Prov. 3. v. 1. 2.* quam
respectu.

respectu regni , cui multiplex Dominorum mutatio , proficia non est , leg . & expl . illud Prov . 28 . v . 2 . ubi n . novus Rex , ibi nova lex , nova statuta , nova bella . Dicis ; atqui tyranni etiam interdum diu vivunt ? R . fit hoc ob peccata hominum , & ex Dei Bonitate , qui vasa iræ tām longanimiter fert , ut emendentur . did . ex Ezech . 18 . v . 21 . 22

(2) Pro Throno suo , v . 8 . sedeat Rex , (sedere oportet Regem , non discurrere ad aliena & illicita , illaq ; appetere & invadere , non furere & tumultuari ; sed sedere , h . e . sedatè & moderate suos regere ac gubernare) in throno suo , in eminentiss . suo officio , quod ipsi à Deo datum , ut justitiam administret . did . ex Rom . 13 . v . 1 . 2 . 4 . hinc additur : canam Deo , Expl . & did . ex 2 . chron . 19 . v . 6 . in seculum , in S . S . accipitur seculum etiam pro diurno tempore , ut Exod . 21 . v . 6 . 1 . Sam . 27 . v . 12 . Misericordiam & veritatem ei prepara ; Regias hasce virtutes præ cæteris à Deo expedit David , cum veræ sint regiae . sit misericors magistratus , & potestate suâ non abutatur sed rectè utatur , validissimum n . regnum amore communitur : did . did . & exempl . Veritas Regis in eo potissimum consistit ; ut Rex pacata servet , foedera custodiat , jurata non violet : quæ veritas etiam justitiam includit , de qua Rom . 13 . v . 1 . 2 . 4 . justitia & pietas , fortes sunt principes arces . Propterea additur , quæ custodiunt eum . quid n . Rex sine misericordia , veritate , justitia , nisi tyrannus ? (tribuet a . princeps tantum justitiae , ut non obliviscatur misericordiæ , & tantum misericordiæ , ne obliviscatur justitiae) repet . illud 2 . Chron . 19 . v . 6 .

(3) Nominis Div . celebratio : v . 9 . sic canam Nomiini tuo in seculum ; magna Dei benef . in Davidem , magnam requirunt gratitudinem , propterea dicit Cen ἔτως , sic canam ; (NB . hic repeatantur beneficia , quæ in quolibet vers . hujus Psal . petierat ; & semper add . sic canam &c .) canere n . in S . S . præseruit in Psalterio , est latrari & celebrare . Nomen Dei , notat ipsum Deum , Psal . 9 . v . 3 . Majestatem divinam , Psal . 8 . v . 1 . divinam opem & auxilium , Psal . 20 . v . 8 . celebrat a . Psaltes h . l . tām Deum & Majestatem divinam , quam opem & auxilium ejus . In seculum , h . e . per totam vitam meam & in æt . sive , hic inchoatio vè , ibi v . consummativè , leg . Psal . 30 . v . 13 . ut reddam vota mea , (h . e . ut præstern res voto promissas) de die in diem ; h . e . quotidiè , ut habent versiones ; did . ex Psal . 92 . v . 2 . 3 .

11 . Doctrinas eruant & diducant Dnn . Concionatores , applicantes easdem ad serias preces pro Rege fundendas , & celebrationem Nominis divini pro omnibus eis benef . & præcipue , (ex hoc textu) pro pio Magistratu . & concl . da pacem Domine in diebus nostris , &c .

Concio 3 . & hic præteritur .